

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1817

Auteur(s) : Paul de Baron [particulier]

Bénéficiaire(s) : Saint-Germain-la-Blanche-Herbe, Notre-Dame d'Ardenne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1191

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Paul de Baron, sa femme et ses fils abandonnent à l'abbaye Notre-Dame d'Ardenne et à ses chanoines, en perpétuelle aumône et pour régler les conflits qui les opposaient, tous leurs droits et réclamations sur les fiefs d'Aiulf du Marché et des fils de celui-ci en Normandie. L'abbé et les chanoines d'Ardenne leur donnent une rente annuelle de 40 sous d'Anjou à Caen et un vavasseur à Cambes[-en-Plaine].

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Bajocensis, n° XXVIII, col. 92.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus, tam præsentibus quam futuris, quod ego Paulus de Baron et uxor mea, et Willelmus filius meus, et omnes alii filii mei, concessimus et dedimus Deo et ecclesiæ sanctæ Mariæ de Ardena, canonicisque ibidem Deo servientibus, pro salute animarum nostrarum, in perpetuam eleemosynam et pro finali concordia inter nos et omnibus querelis, in perpetuum tenenda, quidquid juris et reclamationis et calumniæ habuimus in toto feodo et tenemento quod fuit Aiulphi de Foro, Walteri filii sui et omnium aliorum filiorum suorum, in tota Normannia, in omnibus pertinentiis suis, in furno, in domibus, in terris, in pratis, et in omnibus tenentiis suis, tam liberis et quietis quam debitis vadimoniis obligatis. Juravimus et hoc a nobis et omnibus heredibus nostris (dimissis omnibus querelis nostris erga præfatam abbatiam prius habitis) pro posse nostro firmiter et fideliter esse tenendum. Abbas vero et præscripti canonici de Ardena, pro amore Dei et hoc jure nostro, et omnibus reclamationibus nostris et querelis erga eos in perpetuum dimittendis de eodem præfato tenemento, quod totum, tam Aiulphus de Foro quam filii sui, jam dictæ abbatix in perpetuam eleemosynam dederant, nobis apud Cadomum XL solid. Andegav. in reddito annuo et unum vavassorem apud Cambas diligenter donaverunt : et nos omnes donationes quas fecerunt antecessores nostri et facient successores abbatix jam dictæ, in perpetuam eleemosynam concessimus. Actum est hoc apud Rothomagum anno ab Incarnatione Domini 1191, coram Henrico Bajocensi episcopo, et Willelmo filio Radulphi senescallo Normanniæ, et his tam clericis quam laïcis præsentibus, Roberto filio senescalli ultimo, abbate de Mortuo-mari Willelmo Tholemeo, Gaufrido de Alteia, Galtero clerico, Henrico de Cadomo, Rogerio de Veilis sacerdot. Rich. de Caron, Ric. Servano, Ric. de Argençais, Radul. de Magnevilla, Gilb. cano. Ard. et pluribus aliis.